



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

III. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Seehausen das Wasser Crughe (einen Theil des Alands) und Bedehebungen in Allbrechtsdorf, Riendorf und Aland, am 1 April 1327.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

quod ad compositionem sive gratiam non debeat recipi, nisi cum consensu prefixarum civitatum nec non territoriorum et bona voluntate. Hoc tamen interposito, si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri tenetur et de nostro antiquo jure, nobis a nostris dominis Marchionibus prestito felicis memorie cum prouidis et honestis (ut puta cum tribus militaribus vel quinque burgenfibus sive septem villanis probis et irreprobatis), Vt autem hujusmodi supra scripta rata et illibata permaneant et ne quisquam eisdem presumat ausu temerario obuiare, presentibus apposimus sigilla nostre civitatis Sehufen ac strenuorum militarium scilicet Mathie de Jagow militis, Arnoldi de Roffow, Betconis de Dequede, Thiderici de Ritveld, Ottonis de Konghesmarke Junioris, Ottonis Utenpul famulorum in sufficiens argumentum. Actum ea datum Anno Domini MCCCXXI in die beati Thome Apostoli.

Bgl. S. 96.

II. Die Herzogin Anna von Breslau vereignet der Stadt Seehausen das von Cuno von Vinzelberg gekaufte Gewässer Erughe, am 29. Aug. 1322.

In nomine Domini Amen. Mutabilium temporum successio actiones hominum frequenter deducet, si a voce testium vel scripti memoria non reciperent firmamentum. Ideoque nos Anna Dei gratia Ducissa Wratislaviensis et Domina in Arneborch, Recognoscimus quod fidelis noster famulus Cone Vintzelberch de nostro pleno consensu ac potestate dimisit fidelibus nostris Consulibus in Sehufen inferiorem aquam que dicitur Croghe cum omni jure, quo eam prius possedit et a nobis tenuit, Renunciamus etiam omni jure, quod de predicta aqua nobis cedere posset et damus in usum memoratorum Consulium antedictam aquam perpetuo possidendam. Ne quis dubitet in premissis, prefens scriptum nostro sigillo dedimus roboratum. Testes sunt Hinricus noster Capellanus plebanus in Vratz, Beteke de Decqwede, Arnoldus de Roffow, Cone Vincelberch, Wipertus Vinzelberg nostri fideles. Datum Sehufen, Anno Domini MCCC vigesimo secundo, in die decollationis beati Johannis Baptiste.

Aus Seibell's handschriftlicher Urkundensammlung 42, f. 60. Gerken's Dipl. I, 600.

III. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Seehausen das Wasser Erughe (einen Theil des Mands) und Bedehungen in Albrechtsdorf, Niendorf und Mand, am 1. April 1327.

In Nomine Domini Amen. Lodowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, sacri Imperii Archicamerarius, Omnibus hoc scriptum cernentibus salutem et ad memoriam subscriptorum. Interest Principum omnibus benefacere maxime tamen hys, quos constans fidelitas et fidelis constantia effecit talis beneficii prestanciores alijs atque dignos. Inde ergo est quod ad omnium et singulorum cupimus notitiam pervenire, quod fidelibus nostris et dilectis Consulibus Ceterisque Burgenfibus nostris de Sehufen presentibus et futuris exigente

ipforum fidelitate dedimus et per presentes solemniter donamus proprietatem plenam et onnimodam super precaria tredecim mansorum tam in denarijs quam annona, qui quidem mansi siti sunt in Judicijs tribus scilicet Albrechtstorp, Nyendorp et supra Alant, quos suis colunt aratris et ad mediam precariam possidebant. Damus insuper ipsis in proprium donatione libera Inferiorem aquam, que dicitur Crughe cum omni Jure, fructu, commodo et libertate, sicut antecessores nostri talem aquam noscuntur preteritis temporibus possedisse. Renunciamus igitur dicte precarie et aque, nec non omni juri, quod nobis vel nostris successoribus ad ipsas posset competere, renunciacione debita et solenni. Et ne de his et nostra donatione apud posteros dubium oriatur, presentes inde Confici et sigilli nostri appensione mandavimus fideliter Communiri, Testibus presentibus ad hoc vocatis et rogatis nobilibus viris dominis Gunthero et Adolfo comitibus de Lindow, Mathia de Jagowen, Hermanno de Redern, Johanne de Quitzow, Wenero de Arneborch, Gunthero de Sandow, Hermanno Balch et Hinrico de Crochern atque Bartoldo de Buft nec non Alberto de Cleptzk militibus, Arnolde de Rossow, Henningo de Koningesmarck et Henningo de Jagow armigeris cum aliis fide dignis. Actum et datum Sehufen, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Vigesimo septimo, feria quarta proxima post Dominicam Judica, per manum Hermanni de Luchow.

Aus Seidell's handschriftlicher Urfundensammlung 42, f. 60.

IV. Die Herzogin Anna verzeignet dem Bischofe Heinrich von Kioy einen Hof in Königsmark zwecks einer frommen Stiftung, am 14. Febr. 1328.

Anna, dei gratia Ducisa Wratislaviensis et Domina de Arneborch omnibus Christi fidelibus presencia visuris salutem in domino dominorum. Quia venerabilis pater et Dominus Hinricus, Episcopus ecclesie Kyouienfis in nostro dotalicio sive territorio circa Arneborch in villa, que Königsmarke nuncupatur, curiam Frankonis de Nitzou, que a precaria, decima, censu^{ac}ac seruicio libera, est, rite et racionabiliter sua pro pecunia ab eodem comparauit cultus diuini in augmentum, Nos vero ejusdem cultus diuini esse participes cupientes, proprietatem sive libertatem, que ad nos dignoscitur pertinere, eidem aut quibus ipse dederit aut vendiderit, dimittimus bona cum voluntate, ita sane quod nec nos nec nostri advocati in curia sepe dicta aliquam exactionem vel precariam aut aliquod seruicium paruum seu magnum extorqueant, quoniam nihil juris ad eandem curiam nos habere profiteamur. Quinque jugera et duos mansos habet curia in agris et IV. Choros in auena. Datum anno domini M. CCC. XXVIII, die S. Valentini in Arneborch.

In Gercken's Fragm. I, 55. 56. mit der falschen Jahreszahl 1325.

V. Herzog Otto von Braunschweig bekundet, daß die Stadt Stendal an Graf Burchard von Mansfeld für die Städte Seehausen und Werben und die Mannschaft in der Wische 500 Mark Silber gezahlt habe, am 2. Dez. 1329.

Dei gratia Otto, Dux Brunsvicensis fidelibus et dilectis suis consulibus in Stendal gratiam suam et omne bonum. Recognoscimus quod constitutus coram nobis et nostris fidelibus nobilis vir